gum: ꝙ dicis per alemaniā m altā ⁊ baſſam errās: deberes dicere: alemāniā inferiorem ⁊ ſuperiorē: Baſſus enim, baſſa, non reperio, niſi apud paganos ſacerdotes/ quibus nullū eſt cum lingua latina cōmertium. Item altum eſt vocabulū meſum, et (vt dicit gellius) anceps: nō eñ celſum tantū ſignificat: ſed ⁊ ꝓfundum: vt crebro apud poetas inuenies: Amianus, item Marcellinus, inferiorem germaniā nominat ſecundam: ⁊ primā germaniam quā alij ſuperiorē. vel melius, vt ego ſentio, prima germania eſt cis rhenū. ſecūda eſt transrhenū, hoc eſt belgica, que hodie eſt germania.

¶ Caputiū aūt ⁊ cappa latina non ſunt, ſed barbara ⁊ gotthica. Capitia aūt ꝑ i, vel capitula: teſte Nonio Marcel. ſunt capitū tegmina: Uarro de vita patrū libro quarto. Tunicas/ nec capitia/ nec ſtrophia/ neqꝫ zonas: Idē in eodem, neqꝫ id ab orbita matrum familias inſtituti, ꝙ ea a pectore ac lacertis erāt apertis nec capicia habebant. M. aūt Uarro lib. primo de lingua latina dicit, Capitiū venire ab eo quod capiat pectus. i. veſtimentum pectoris; quod ⁊ ſuperius exemplū, contra nonij allegationem, videtur. dicit. ꝙ ea a pectore ac lacertis erant aptis, nec capitia habebant. varronis ſententiā videt̃ cōfirmare Au. gelli⁹ libro. xv. c. vij. ex mimis, Laberij; qui dicit: induis capitiū tunice pictatiū. Ulpianus aūt. ff: de auro ⁊ argento dicit capitium eſſe tegmentum mulie͛bris/ attamen capitis: dicens muliebria ſunt que matrisfamilias cauſa parata ſunt; quibus vir non facile vti poteſt ſine vituperatione, veluti ſtole/ pallia/ tunice/ capicia/ zone/ mitre/ que magis capitis tegendi/ quā ornādi cauſa ſūt parata: poteris igitur nō ſine auctoritate dicere Capitiū teuto kap. Capidulum etiam, ⁊ caliptra, eſt genus veſtimēti/ quo caput tegebatur; teſte feſto. ⁊ ſic poteſt dici teuto. kap; vel hūt: ſine diſcrimine, vt ego credo. ¶ Hic optime aduertendum, ꝙ ſiquando res aliqua eſt dicenda: vel ſcribenda/ que nec re ipſa/ nec nomine ſit in vſu, vel grecorum, vel latinorum: id quod doct⁹ ſcire poteſt: Exempli gratia, ſi tibi eſſet heſucca exprimenda: que ē veſtis polonoꝝ atqꝫ bohemoꝝ. Et iam in germanorum vſu, cū nō ſit in vſu grecorum vel latinorū, vt opinor, diceres, da mihi heſuccam, cum illa particula ſemper addita, vt ita loquar, vel

vt more noſtro dicam: Et ſic de omnibus conſimilibus facies:
quia plura talia ſunt in vſu barbarorum; quę non apud italoſ.
vnde, vt optime teſtatur Sidonius, licet nouis rebus noua
nomina imponere: Et Apuleiꝰ de dogmate platonis, det ē m̄
venia nouitati verborum, rerum obſcuritatibꝰ ſeruiētia. Hie
ronymus, noua verba nouis rebus fingemus.

Cicuris, vel cicur, vt eſt apud varronem, nō cicurris, per du
plex r: vt ſcribit apud Catholicon enim: ſignificat quodcūqꝫ ani
mal, quod cicurari, hoc eſt manſuefieri poteſt, vt teſtis eſt vnde
cunqꝫ doctiſſimus (teſte terentiano) Marcus varro de lingua
latina libro. iiij. Et Cicero de natura deorum i ſcdo, que ꝛ quā
varia genera beſtiarum vel cicurum vel ferarum. Errat igitur
catholicon, qui dicit, cicurris / eſt; porcus natus ex a pro ſylue
ſtri ꝛ domeſtica porca; Similiter ꝛ Papias delirat, qui dicit, ci
curris eſt ſus domeſticus.
Cariſtia p penuria vel caritate, non inueniri apud idoneoſ,
ſupra ſcripſi: At bene dicimus chariſtia; pro cha gratificationē
ſignificat vnde Valerius Maximus libro ſecundo capi. pri
mo Conuiuium etiam ſolenne / maiores inſtituerunt, idqꝫ cha
riſtiam appellauerūt. Vnde chariſtiam celebrare / apud nos po
teſt ſignificare, teutō. hoffhalten: ſicut conſuetum eſt inter ami
cos vel apud principes, reperitur et cariſta. enī reperiunt tan
tum. Inde venit ~~excupiscia~~ euchariſtia quod interpretat apud
Hieronymum id eſt gratiarum actio /
Colores rhetoricos / ineruditum vulgus putat ſignificare,
exornationes ꝛ elegantias verborum / atqꝫ ſententiarū. vt cum
proferunt elegantem orationem, dicunt cōmitti colorem rheto
ricalem: Sed male ſentiunt: audiamus Vallam / ſuper nonū
librum Quintilia. inſtitutionum, ſic inquientem. de figuris ꝛ
coloribus verborum: hic titulus ab imperitoꝝ aliquo; eſt ap
poſitus; qui putant figuras verborum ac ſententiarū colores
dici; cum a rhetoribus probabilis cauſa alicuꝰ facti / color vo
cet. Vocāt igiť latini colorē excuſabilē facti cām: nam cū in de
clamationibus / cū in veris cauſis / imprimis color q̄rebať, q̄ ſi
abfuiſſet, vix cauſa ſtabat, quem colorē in narratione precipue,

et per omnes orationis partes ſeruari debere/Quintilian⁹ p̄-
cipit: Et Seneca in/declamationib⁹ refert,ab egregijs d̄clama
toribus ſepe extra cauſam queſitum fuiſſe d̄ colore; Figure igi
tur verboꝝ: vel ſententiaꝝ dicēdi ſunt,non colores: Figura(vt
ſuo loco dicemus)nō eſt vitioſa ſed elegans ꝛ oratoria oratio.

¶ Cenſus quid ſit,ꝛ quomodo eo nomine abutatur,vide in lit
tera p,in dictione,penſio.

¶ Conterraneus,quere in dictione verna:

¶ Colonia,dicitur multitudo ciuium romanorum/miſſa ad
aliam ciuitatem/in quo agri publici per triumviros ei diuide-
bat: Et deducere colonias eſt de vrbe romana,ciues tollere/et
in aliā ciuitatem ducere/in qua agri publici diuidūt eis: Inde
coloni id ē habitatores: Virgilius. Urbs antiqua fuit tirij te-
nuere coloni. Et iā colonos/accipimus p̄ ruſticis: Et colonia
a colo is ere.deducitur.vt ab idoneis in/ſcriptis relictū eſſe ſa
mus: Et penultima ſyllaba breuis eſt in,colonia: vocalis enim
ante vocalem in latinis dictionibus ſemper corripitur,paucis
exceptis: quapꝛopter non poſſum ſatis ridere/ne dicam ſtomach-
ari,quoſdam germanię leguleios,qui cum in iure ciuili/de co-
lonijs deducendis/loquantur.dicit colonia,penultima produ
cta,ad differentiam colonię vrbis agripinę,quę differentia fa-
cit eos peccare in grāmatica/cum vocalem natura correptam p̄
ducant; Neſciunt etiam boni homines/coloniam rhenenſem
eſſe cum predictis/eandem romanoꝝ ꝛ agripinę matris Nero
nis coloniā,in vna igit̄ dictione/eādem rem ſignificante/faciūt
differentiā,ꝛ quantitatis ſyllabarū diuerſitatem.

¶ Camera,dicitur latine,teſtudo,ſeu fornix,ꝛ lacunar,parſq̄ ſu
perior cubiculi.teuto.ein gwelb,oder ſchneck,nō aūt p̄prie ſigni
ficat totum cubiculum,in quo dormimus,vt noſtri dicūt. In-
de vulgo vocant camerarium,qui cubicularius dicitur. Apule
gius de aſino: nam mytilium mulionem ꝛ ephestionem cocū
hyppathamum cubicularium ꝛc̄.

¶ Corā aduerbiū ſignificat,teuto,gegenwertig: ꝛ tm̄ ad perſo-
nas refert: Barbari aūt,ꝛ nō latini,dicūt pn̄tialiter,ꝛ oretenus:
q̄bus duobus vocabulis nemo latinus vſus eſt. Oretenus
enī valet vſq̄ ad os,ſicut mētetenus vſq̄ ad mentē. Cordete-

nus vſq; ad cor: qđ nihil ad propoſitum facit:
¶ Caſu aduerbiū.i.fortuitu:vt Cicero in ſcđo de natura deo
rum.intelliges declarari horas arte nō caſu.Lactātius.v.li.ca.
ij.niſi forte caſu in manus eius diuine lr̄e inciderunt.pro quo
imperiti dicunt caſualiter.qđ ego apđ idoneos nunq̄ legi.
¶ Celebs ⁊ celibatus:vide in dictione virgo.
¶ Correſpondeo nō eſt latinū:vide in dictiōe reſpondeo.
¶ Coniugatio apud grāmatiſtas eſt declinatio verborū,q̄ pa
ria ſint,⁊ quaſi vno aſtricta iugo: Poſſumus tamen dicere vel
declinatio vel cōiugatio verboꝝ vel ordo:vt neoterici iā dicūt,
primi vel tertij ordinis:hoc eſt cōiugationis:Coniugare igit̄ ⁊
ꝯiugatio corripiunt mediam:ſiu̅,contra quorundā grāmatiſta
rum vſum/quia cōponunt̄ a con,⁊ iugum,⁊ iugare,que primam
corripiunt:vnde quintus ſerenus Carica vel h etiam lento cū
melle iugatur:
¶ Confeſſor nō ē eſt,vt vulgus putat,auditor confitentiū:ſed ille
ipſe qui confitetur,teuto.einer der beicht.Inde dicimus,de cō
feſſoribus:von beichtigern.
¶ Clauſtrum,a claudendo/nō ſignificat proprie/atrium mona
chorum,vulgo ein kloſter.ſed ſignificat,vt ita loquar,clauſurā
teuto:ein cluſen:quam barbari ⁊ indocti dicunt,cluſam. Si
cut eſt in alpibus tridentinis: Sic Solinus de nilo: Tunc
qnoq;(inquit)emenſus magna longinquaq;/locum primū oc
curſantibus ſcopolis aſperatur:Tantis agminibus extollit̄ in
ter obiecta rupium (vt ruere potius quam manare credat̄)de
mumq; a cataracte.vltimo tutus eſt: Ita enim quedam clau
ſtra eius egyptij nuncupauerunt.Et florus,per alpes id ē clau
ſtra italie ferebantur.
¶ Copia ē,vulgo copij nō bñ:vide in dictōe exemplar.adde q̄
nec latine dicitis copiare,vel excopiare/p exſcribere.
¶ Chorus grece,latine ſignificat cetum hominū ⁊ congregati
onem:vel choream,noſtri aūt indocti accipiunt,p ſubſellijs ſa
cerdotū in templo,teuto.chor in der kirchen. Inde choraulis
eſt is q̄ tibijs ad choreas canit:nam aulos grece tibia latine ē,
teuto,ein ſchweigler,non korſinger;vt nr̄i accipiunt,vnde apđ
nos vſitatum nomen pro latino auledus:Et dicitur chorus a

chara:id leticia: Inde meſochorus dicitur modulator, qui in medio canat choro.

Complacere vulgo dicimus, vbi rhetores vtuntur his verbis, morem gero vel obſequor vel obſecundo: adde, quod complacentiam indocti dicunt, vbi nos obſequium latine dicimus: nec diſplicentia latine dicitur. vt alibi dixi.

Carpentum vide in dictione Faber.

Chriſtus χριστος per ch aſpiratum et i latinum ſcribitur, et valet vnctus, qui grece meſſias dicitur, vt refert Lactantius. Unde chriſma ſimiliter per ch aſpiratum: Sed caue ne per x ſcribas chriſtus, hoc modo (xp̄s) indocti enim ſic decepti ſunt propter grece litterature ignorantiam, vbi ſic ſcribitur abbreuiatum χρσ vbi χ littera valet ch non x. Item ρ valet r, non p. Caue poſt hac, ne ſic ſcribas. Quod autem quidam indoctiores volunt reddere rationem: cur per x ſcribatur ad deſignandam crucem chriſti. Et ita ſcribi religionis gratia, non adhibeas fidem. indoctiſſime enim et intollerantér hec confingunt.

Cemiterium in principio cum e dypthongo ſcribitur, non cimiterium dicendum, teuto. kirchoff: eſt mortuorum dormitorium. et a κοιμάομαι verbo deducitur, quod eſt dormio: non a cimis id eſt dulce (vt grecista fabulatur) deſcendit.

Calculus — i brick ſpil / Latrunculus ſchaeckbred

Calculus eſt is, quem latronem, et per diminutionem latrunculum antiqui appellarunt: vulgo autem recentiores ſchacum appellant:

Coralium ſimplici l ſcribitur, non corallium, vt noſtri, ſa enim eſt breue. vnde Ouidius. Sic et corallium dum creſcit in equore vimen. et ſic ouidius produxit primam: ſed contra claudianus de nuptijs honorij. Mergit ſe ſubito velitque coralia clothe. Sed Sidonius cum vulgo errat, dicens. Lactea puniceo ſinuantur colla corallo, optime Ouidius: nam prima apud grecos per o ſcribitur: ſic κοράλιον vbi prima longa, alie breues, male etiam vocabularius Rerum dicit, Corallus korellen. Sed coralium etc.

Crinile noſtri vocant ſertum, vel coronam, vulgo ein krentzlin: vbi deberent dicere crinale, quamuis et crinale apud idoneos nunquam abſolute legerim: Sed adiectiue, vt valeat crinale, aliquid

pertinẽs ad crinem:vt Statius in achilleide:& fronti crinale
reponeret aurũ. Claudianus,crinali florens hedera &c. Ser-
tum igitur vel corona ſignificat,vulgo ein krãtz/nõtm. corona
ex auro eſt,vt vulgus putat,ſed eſt ex gramine corona/mirthea/
oleagina/lignea/ſpicea/ſpinea/pãpinea/roſea/florea. de inſignio-
ribus coronis docebit te Au. gellius li. v. ca. vi. noctiũ atticarũ.
¶ Conchile,vel conchiliũ,eſt lapis precioſus,teuto. perlin. In-
docti aũt barbari,perlam,vocant.latine etiam hic lapis,marga-
rita vel margaritũ ꝑ eodem. vnio onis,idem ſcat,eſtqꝫ gene.
maſ.vt dicit valla: Nã vnio feminini,qđ a ꝑ vnitate,nũc acci-
pitur,nec auctoritate nititur: Neſcio eñ apud quẽ reperiatur:
nec arte,cũ deberet eſſe ge.maſ.potius vt talio/ſtellio/curculio.
¶ Cancellarius,vt multis placet,dicit a cancello aĩa palatij. ſic
dictus,ꝙ olim ibi officium ſuum exerceret/iuxta theſaurũ im-
peratoris,cuius ſibi cura demandabatur.Attamen illud voca
bulum minus terſum/doctiores vitant,vt teſtis eſt nobis qui-
dam Johan. Bap. Bononienſis:ſic dicens:Ab epiſtolis lati
ne nuncupant/& venuſte,quos cancellarios ſemidoctũ vulgus
appellat/quorũ principes archigramatei,vocantur. Plutarchus
auctor eſt eumenẽ archigramateũ alexandri fuiſſe:hoc eſt ſcri-
barum principem. At qui dixerit,cancellarius/non omnino ca
ret auctoritate. Flauius vopiſcus in vita carini:amicos opti-
mos quoſqꝫ relegit aut tenuit:ꝑfectum vrbi vnum ex cancel-
larijs ſuis fecit/quo fedius nec cogitari potuit aliqñ nec dici.
¶ Conſuetudo,teſte Martino philetico,eleganter vſurpatur
pro eo/quod quidam dicunt/conuerſationem. Et teſte eodẽ/tu
ne dicas conuerſationem:hoc enim nomen non memini me le
giſſe apud Ciceronem. At bone philetice leges apud Quinti
lianum,Senecam,Crebrius,& alios.

¶ Cauſare,ideſt cauſam facere,vel in cauſa eſſe,ſolum apud
dyalecticos/ieiuno orationis genere gaudentes/reperio: non
apud elegantiores. At cauſari apud doctos ſignificat cauſam
rei geſte afferre:vel(vt Nonio placet)ſignificat cauſam dicere
vel defendere/*vel querere*.

¶ Character habet charactéris,penultĩa longa,in obliqs,& ſcri
bitur cũ ch aſpirato in principio,ſic eñ apud grecos ſcribitur.

χαρακτηρ χαρακτηρος penultima longa ⁊c.

¶ Corollariũ ſimplici r ⁊ duplici l, nõ correlariũ: vt indocti ſcri
bunt, eſt dictio frequẽs in ore dyalecticoꝝ. Sed a pauciſſimis
vel intellecta vel recte ſcripta: Eſt aũt Corrollarium, vt Varro
dicit: dictũ quod ſignificat id quod additur/preter id quod eſt de
bitũ, teuto. zugeben/oder ein ſchenckũg/uber den lon: vocabu-
lum fictũ a corollis/ꝙ he cũ placuerant actores in ſcena dari ſo
lite. Suetoni⁹ de Auguſto: Corollaria ⁊ premia in alienis q̃-
q̃ muneribus ac ludis crebra ⁊ grãdia de ſuo offerebat: Auſo-
nius: interea tñ ne ſine corollario poetico tabellarius tuus re
diret/paucis iambicis preludere putaui:

¶ Comeſſator vocatur ille/qui compotationib⁹ ⁊ ebrietatib⁹ ope
rã dat, deducitur q̃ a verbo greco κωμαζω comazo, quod ẽ ebrie-
tatib⁹ operam do: non autẽ a verbo comedo: cũ comedo primam
corripiat: cõmeſſator eandẽ ꝓducat. Marcialis, qui nec leno po
tes nec cõmeſſator haberi: Inde cõmeſſor aris: cõmeſſatio que
fit quoties poſt cenã aliquid comeditur: Suetonius de vitellio
epulas trifariam/interdũ quadrifariã/diſpertiebat, in ientacula ⁊
prandia/cenas et cõmeſſationes.

¶ Ciuitas (teſte Leonardo arretino) non dicitur quaſi ciui-
um vnitas: Sic enĩ et pari ratione paruitas diceretur paruorũ
vnitas: diuerſitas diuerſoꝝ vnitas: ⁊ varietas. ⁊ ſic de multis
alijs, quod eſt in primis abſurdũ dicere: ſed (vt idem dicit) Cie-
re eſt vocare, inde cetus, inde ciues, inde ciuitas: inde alia hui⁹
modi ꝯgregatiõis vocabula/ex eo dicta, ꝙ multitudo varie di
ſperſa in vnũ conuocabatur. a ciere itaq̃ ciuis: et a ciuib⁹ ciui-
tas. et ſic etiam vult Caſſiodorus dicens: nam cum omnis ci-
uitas/a ciuibus dicatur, verius tamen illa ciuitas dicitur/que
vnanimes ciues cõtinere mõſtratur: dixit ergo illa ciuitas/a ci
uibus/non quaſi ciuium vnitas. Et (vt dicit Gellius libro de-
cimoſeptimo iuxta ſententiam verij flacci) Ciuitas accipitur et
pro loco/et pro oppido/⁊ pro iure q̃z/oĩm ⁊ ꝓ hoĩm multitudine

¶ Canon, primam lego correptam/non productam, vt
tradit Sulpitius: Auſonius. hic demum exceſſit gramma-
ticos canonas/in quo multi errant. Inde venit grecum ver
bũ canoniſare/quod apd̃ latinos in rariori eſt vſu: ⁊ ſignificat

regulare: nō: ſanctificare: vt vulgus loquit̄: dicēs: ille eſt canonizatus, hoc eſt in numerꝝ ſanctorꝝ relatus: qđ inauditū eſt.

¶ Carnifex (vt dicit Donatus) eſt/q̄ carnes ex homie facit, ⁊ vt Julius firmicus dicit/cui damnandorꝝ hoīm officia creduntur, teuto, eī dieb hencker: male aūt noſtri dicūt, teuto. ein fleyſcher oder metzger: hic em̄ lani⁹ dicit̄: vñ Seneca: deinde cū ſcholaſticorꝝ ſūmo fragore/et tu q̄ſquis es carnifex/cū ſtrictā ſuſtuleris ſecurim/ſanteq̄ʒ ferias/pr̄em reſpice: Jnde carnificiū ē opus carnificis: vñ Tercullianus in apologetico: lōge aliud carnificij munus in chriſtianos impatis. Jnde carnificina eſt locus carnificij, teuto, die haubtſtat, vel ipa excarnificio/cruciatu ſcꝫ.

¶ Cōplacētia, ē vocabulū indoctorū, docti p eo obſequiū dicūt

¶ Caſtrū, vt dicit Seruı⁹ grāmaticus in. vi. eneidos) eſt ciuitas. inde caſtellū puū caſtrū, ⁊ locus muris munitus: ſicut etiā arx que ab hoſte arcendo dicit̄ teuto: Bergſchlos, noſtri vocāt fortalicium minus latine ⁊ bene, vt ego ſentio: Caſtra aūt pluralis numeri tantū/pōt dici locus vbi milites tētoria fixerunt. teuto. zelt: Sed villa nō ſignificat teuto. ein dorff. Sed pag⁹ vel vicus paganus: Sed villa ꝓprie ſignificat domū in agris. nō tñ inepte plures in vno agro domus/ville vocari poſſunt. Virgilius, ⁊ iā ſumma pcul villarꝝ culmina ſumāt. Suburbana aūt, pluralis numeri tm̄, ſignificat teuto: vorſtat: edificia añ ciuitatē pagi inſtar conſtructa: Jnde caſtellū ⁊ caſtellani, q̄ ſūt nō prefecti arcium, vt vulgo putat̄: ſed dicunt̄/caſtelli inhabitatores, teſte Liuio: ſicut oppidani: oppidorꝝ inhabitatores

¶ Contrarior aris: verbum eſt penitus grammaticum: ideo ſcribentibus epiſtolas/⁊ his qui ſincere loqui volunt/vitādū: ſed contrarius ſum/bene.

¶ Carpio. onis, teuto. ein karpff: ſic inuenio apud eruditos, non carpo.

¶ Capus vel capo. teuto ein kapon/p eodē pñt dici/teſte ſeruio.

¶ Cloace nō ꝓprie/loca ad onus vētris eijciēdū/diſpoſita, ſignificāt: Sed ſunt vie ille ſubterranee parietib⁹ ı̄ modū aqueductuū munite/per quas aque pluuie extra vrbem vel in fluuiū dilabuntur;

¶ Contentor aris: verbum eſt ſatis barbarum: ſed cōtentus

ſum bene dicitur.
¶ Conciues vulgo vocant/qui ſint ex eadē ciuitate/teutonice
mitburger: in q̄ errore verſat̄/⁊ Laurētius valla: ſed audi phi-
lippū beroaldū: Inualuit cōſuetudo/vt conciues paſſim dica
mus/municipes nr̄os/recte an perperā/viderint illi/in quorum
ore ⁊ labris dictio hec eſt frequēs/me riualē nō habebunt: ego
latinitatis elegantiā ſequens/dicere malim. hic meus ciuis eſt
quā cōciuis. Et ita locuti ſunt veteres oēs/qui pure probeq̄ lo
quunt̄: ita Mar. tul: loquēdi norma vbiq̄ voluminū/ciues ſu-
os dicit/nunq̄ conciues: Tertio tuſculanaꝝ legim⁹/libꝝ Cly-
tomachi quē ille euerſa carthagīe miſit ↄſolādi cā ad captiuos
ciues ſuos. Lactantius in primo lib. inſtitutionū diuinaꝝ/lo-
quēs de Sibillis/dicit de quinta/ erythrea/quā Apollodorus
erythreus affirmat ſuā fuiſſe ciuē. Lucan⁹ in primo. nec ciuis
meus eſt in quē tua claſſica ceſar; Et Apuleius li. quarto/flo-
ridoꝝ/ptagoras/democriti phyſici ciuis/Neoterici autē. i. recen-
tiores/cōciues dictāt/tanq̄ id ſit elegantiſſimū latiniſſimūq̄.
Auctoritas mihi dux ⁊ magiſtra reꝝ omnium. Alio mō latine
et elegāter dr̄ municeps meus/p ciuis me⁹. Plinius et iuriſcō
ſultoꝝ ſchola eruditoꝝ/municeps vſurpant in hoc ſignificatu.
Et ſicut nō dicimus cōmunicipes/ita nec ↄciues pari rōne. vn
de Paulus iuriſconſultus dicit/de verboꝝ ſignificatione: mu
nicipes nati ſunt: Sic etiam vt dicit Feſtus/Curiales. i. eiuſ-
dē curie/nō ↄcuriales. Et Georgius merula dic: Municeps ē
eiuſdē patrie nō ſoluz ciuitatis vel oppidi/⁊ ſic vſurpat: Oro
ſius lib. ſeptimo dicens: apud britānias/Gracian⁹ municeps
eiuſdem inſule/tyrannus/creatur ⁊ occiditur;
¶ Complexionē corporis/medici barbare magis q̄ latine di-
cunt/cū latini eleganter dicāt ↄſtitutio corpis vel tpamentū cō
poſitiq̄ moderationē. quā greci vocāt craſim. Itē corpus be-
ne ↄſtitutū/quod barbari dicunt/bene cōplexionatū ẽ. Cicero i
tuſculanis: Cui corp⁹ bn̄ ↄſtitutū ſit ⁊ exploratū. Idē in ſcdo
de finib⁹ bonoꝝ. Ipe eni̅ metrodor⁹ btm̄ deſcribit his fere ver
bis/cū corp⁹ bn̄ ↄſtitutū ſit et exploratū/ita in futurum.
¶ Charitas p ch/ē amor/vel ſaltē ſpēs amoris: Caritas aūt ſi-
ne h/dr̄ penuria: Teuto. teure. Sed differunt/quia caritas ſe-

rę frumenti dr̃ et annone: penuria autē inopia oīm rex,⁊ p̄ſertim car(um)que ĩ penu recōdi ſolent. barbare autē ⁊ nō latine quidā cratina vel carit(u)dinē dicunt. Adde q(ue) caretia nō niſi a grāmatiſtis/ nō oratorib⁹/ dici repio: dicas igit̃ ānona ē cara: nō vt vulgares/ in caro p̃cio, ita teſtat̃ martiu⁹ philetic(us) ſup̃ ciceronis ep̃las: Dicit̃ autē penuria (teſte feſto) q(uod) pene min⁹ ſit q̃ neceſſe eſt: A penore autē deſcēdere neq̃t/ quēadmodū vult catholicon: cū penus prima breuis ſit: penuria autē illā p̄ducat. Horą. Supremū temp⁹ in ſe penuria victus. Et ſic carū dicitur Teuto, teur, ader werd. Sic econtrario vile vilius viliſſimus wolueil, ader vnwerd, exempla inuenies apō iuriſcōſultos ⁊ ff. de reſcindenti venditione.

¶ Clamoſus clamor p̄cim⁹, non clamaroſus: Iuuenalis Secur iubeat clamoſo inſiſtere circo, Idē. Clamoſus iuuenē p̄r excitat. Lucanus, venator tenet ora leuis clamoſa moloſſi. Sili⁹, ſidonios prepani atq(ue) vnde clamoſus belotus ⁊c.

¶ Certificare ⁊ certiorare v̄ba ſunt poti⁹ grāmatica/ quā oratoria ⁊ elegātia, vt multi volūt, q̄bus tñ vtunt̃ iuriſcōſulti: Certificare dr̃. ff. de excuſa. et tutib⁹ cor. l. ſi duas. §. ſūt autē: Certioratus dic̃ papinianus. ff. ſi q̄s omnis cau. teſta. l. i. Si autem.

¶ Cōiter. H aduerbiū indocti ⁊ barbari accipiūt p fere, vł p plerūq(ue), teu, zum offter mal. Et ſic eēt aduerbiū tp̄is, nec aliter audio vſurpari/ ſz cōiter ſ̄cat p̄iter. ita omēs, teu, gemeyn: vt cōiter vtimur hac re, teuto: wir gebruchēs mit einander in gemein: et ſic latini accipiūt. Ci. in. ij. de na. deo(rum): ſic diſſimilimis beſtiolis cōiter cib⁹ q̄rit̃: ⁊ tertulian⁹ appologetici ca. xvi. Cetex q(uo)d videri cōiter/ q(uo)d cōprehendi/ q(uo)d eſtiāri p̄t: min⁹ eſt oculis ⁊c̃.

¶ Ciuitatenſis indocti ⁊ barbari dicunt/ p inhabitatore ciuitatis: quoniam latinum non eſt.

¶ Cōcio (ſi credim⁹ Au. gel. li. xviij. c. vij) tria ſ̄cat. Prīo ſ̄cat oratione publicā alicu⁹ ſacerdotis vel magiſtratus: quā greci vocant δημηγορίαν demegorian. Inde concionari deponentale, eſt facere ſermonē ad pp̄lm: et ad populum loq̃, vt expōit Aug⁹ in grāmatica ſua. Lactā. in. ij. Sed q̄d p̄deſt ad vulg⁹ ⁊ imperitos hoīes/ hoc mō cōcionari. ⁊ p̄cionator/ quē indocti p̄dicatorē vocāt: vt in dictōe ecclīa inuenies: Secūdo concio dicitur

locus/ vel ſuggeſtus/aut cathedra/vñ verba fiūt,que vocat ab
indoctis,ambo,onis,qḋ latinū nō eſt. Tertio,ſignificat cetum
et multitudinē ppli aſſiſtētis:q̄ greci εκκλεσιαν eccleſiam vocāt.
vt in eadē dictiōe videbimus. vñ Ci. in. ij. de orato. in hac vl-
tima ſignificatōe accipit,cū dicit: cōciones: ſepe exclama-
re vidi cum apte verba cecidiſſent.

¶ Cōmeatus accipit p cibo/ad ciuitates neceſſario,vel ad ex-
ercitū,vel p alimonia ad vitā,vel domū priuatā neceſſaria,vbi
vulgo et plebei literatores dicūt,victualia Ci:p lege manilia,iā
cōmeatu/et priuato et publico/phibemur. Itē cōmeatus in ſin
gulari tm̄/accipit p facultate vel poteſtate abeundi/vel receden
di ad temp⁹ a milicia/ab alioue miſterio,ſic q̄ redeat ad diē ſi-
bi ſtatutū ab imperatore:vt Titus liui⁹. magna ps ſine cōmeati
bus dilabebat:inde cōmeare eſt abire cū animo redeundi.

¶ Collegiū,vide q̄d ſit/in dictiōe burſa:hic tm̄ nota dicendū ee
collega.nō collegat⁹,vel collegiat⁹,queadmodū barbari dicūt.

¶ Kyrieleiſon,vide de erroribus greciſte.

¶ Cerdo nō tm̄ ſignificat,teuto,ein ledergerber,ſed quicūq
exercet artes illiberabiles et mechanicas/lucri gratia: Cerdoſ
eīm grece lucrū latine dicit,inde cerdo .id eſt lucrio,lucrionis:
vt Feſtus vult.

¶ Cōtuberniū dicit cōtubernalium habitatio/cōuictus/et ſo-
dalitas,ſicut ꝯturberniū ſtudentiū ſignificat eam domū/q̄ in
docti vulgo burſam vocāt,vt in dictiōe burſa vidim⁹:ſeneca
epl'a. vi. ad Lucilium,hermacū et polienū magnos viros non
ſchola epicuri/ſed ꝯtuberniū fecit. Inde ꝯturbernales dicun
tur in vno ꝯtubernio habitantes: Lucius Apuleius ḋ Aſino.
Cur vtiq cōtubernalis arctiſſimi relicta cenula pmaturus af
foret:Et idem loquens de duobus fratribus ſimul habitanti
bus:vnico illi ꝯturbernio cōmunē vitā ſuſtinebant. Et Cypri
anus/ꝯtubernalitatem vſurpat/p ipa ſodalitate. Cōtuberniū
autem a con et taberna deriuatur.

¶ Curia,a cura dicta,ppie dicit locus/vbi ſenatus rempub.
curat,teuto,ein Rathus:Et ita dic Lactātius grāmatic⁹/ ſup
thebaida ſtatij.in ſecretis locis cure publice diſſerunt/ad hoc
electa loca curias noīauit antiquitas. Varro aūt duo genera

curiaꝝ annumerat: Nā ⁊ vbi curarent ſacerdotes, res diuinas vt curię veteres: Et/vbi ſenatus, humanas: Hęc ille: Improprie igit̄ noſtri vocant curiales, teuto. hoffleūt/oder hoffgeſīn: eos ſcꝫ q̄ ſint in atrijs vel palatijs principū: qui ab elegantiorib⁹ dicuntur, aulici. Sicut etiā palatini canes dicunt̄ hij rabulę/ qui ſunt in palatijs principiꝝ. Palaciū em̄ vel aula vel atrium vel regia dicit̄ domus imꝑatoris vel pn̄cipis. Martial. atria piſonū ſtabant cū ſtēmate toto. Et Suetonius tranquillus de galba: Imꝑator vero ſtēmata in atrio ꝓpoſuerat/quo paternam originē ad iouē ⁊c: Indocti etiā barbare dicunt/curia romana: Itē illud, curia romana nō petit ouem ſine lana: nemo enim eoꝝ/qui ꝓprie et ſignate loquunt̄/tuę orationi ſuffragatur. Item ⁊ barbare Curialē vocant eū/qui ſit facetus ⁊ comis: q̄niam lectum eſt nunquam in ea ſignificatione: ſed curiales dicuntur eiuſdem curię: Copiaꝝ duces dicunt̄ elegāter a q. curtio, qui a noſtris/nō ſatis latina voce/capitanei dicuntur.

Camelus/notum animal eſt/paſcit̄ inter armenta in oriente. duo ſunt genera bacterie ⁊ arabię: differūt/q̄ illa bina habent iubera in dorſo: Quos vulgo dromedarios vocant: et a luculentis ſcriptorib⁹ dromades. Quintus curtius/de reb⁹ Alexādri magni libro quinto: Dromades cameli inter dona erant velocitatis eximię. xij.

Cambire ⁊ campſores vide in dictione trapezita

Crux tam maſ. q̄ femi, generis eſt, teſtib⁹ Capro: ꝓbo pompeio. ⁊ itē Hieronymo q̄ lib. primo ſup eṗla ad Epheſios dic̄: Crux ſcd̄m grecos eſt maſ. ge. vn̄ eſt illud in oratiōe. Bracchi: dignus fuit qui malo cruce periret: et Hieronymus ad Galatas: Mihi aūt abſit gloriari: niſi in cruce dn̄i noſtri ieſu chriſti per quē. ſ. crucē: mihi mundus crucifixus eſt. qđ quidā litteratores indocti putant eſſe relatiuū hui⁹ gt̄i ieſu chriſti/quod nō quadrat: Et in plurali habet cruces/teuto: Galg. Honorandas etiam cruces/vocat Iuſtinian⁹ in auten. de ſanctiſſimis epis collatiōe. c. ix. non eſt vex aūt (vt imperiti putant) q̄ accipiat̄ pro meretricibus: qui decipiunt̄ ex illo Terentij in eunucho: ⁊ illis crucibus quę nos noſtrāq̄ adoleſcentiā ſemꝑ habent deſpicatam/⁊ quę nos om̄ib⁹ ſemꝑ cruciāt modis, ibi em̄ crucibus/nō

meretrices: ſed tormēta et penas earū effectus ſignificat: q̄ eñ meretricē ſufferre cogit̄, idem tormēta ꝛ duriſſimas cruces tolerat: Sic ꝛ nos accipimus: Aliquis ſollicito non geſtat mille dolores: pectore quiſq3 ſuas ſuſtinet ecce cruces. Crux igitur ꝛ cruces ſignificāt patibulū, Seneca in declā ſuffixoꝝ corpa crucibus in ſepulturā ſuā defluunt, et Curtius in tertio lib. Crucibus affixi peringens littoris ſpaciū pepēderūt, ita et Cornelius tacitus dicit: Et iuſtinus in ſcd̄o: quicūq3 capi potuerunt ſupplicia crucib⁹ luerunt: neq3 te pturbent grāmatici, qui dicūt φ crux careat plurali: Nā auctores allegatos habes in contrariū, ſicut nec vita, nec alia quędā carent. Cicero eñ dicit mortes, primo de natura deorū, ꝛ primo tuſcu. Quintilian⁹ in declamationib⁹. ꝛ Auguſtin⁹ lib. pmo ca. xi. dicūt, mortiū, in gtio plurali. Itē mortib⁹, Oroſius. Mortes, etiā ſeneca dicit, ꝛ mortibus. et Hora. paces, dicēs in ep̄la ad iuliū. Bella quis et paces longū diffundit in euum, Cappella in qrto, glorias dixit, et gelli⁹, gloriaꝝ. luces apulei⁹, in coſmographia, ꝛ ouidius, infra poſt ſeptē luces iunius actus erit, Capella, lucib⁹ dixit, et ouidius in ſexto faſto. Aſpicit inſtātes mediis ſex lucibus idus. Itē vitas inuenies apud gelliū: et vitaꝝ apud Auguſtinū lib: xv. ca. ix. ſz illi auctores, imo ſolus Cicero plus facit mihi, q3 omnes regulę grāmaticorum: Et ſic, ſi apud idoneos auctores inuenies aliquid ꝯtra grāmaticas regulas: ſequere auctores, nō grāmaticā, pſertim apud auctores illos, qui nō nimis vetuſti ſint. vt lucilius, pacuuius, et ſil'es, vel nimis recētes, q̄bus etiam nō datur auctoritas: nec temere etiā vſurpāda ſūt, quę vn⁹ ſemel tantū, etiā ſi receptus ſit, licentioſe dixiſſe videat̄: nā vt aſtoni⁹ dixit podianus: qd̄ ſemel fieri dicit̄, ac ſi nunq3 fiat, accipi ſolet. in hoc tamē ciceronē excipio. Auctoritas eñ vt dicit Quintilianus in primo: ab Oratoribus ꝛ hyſtoricis peti ſolet: nec eſt vlla ratio danda in grāmatica, quod idem notat Quintilian⁹, Nō Cum ſummorum in eloquentia virorum iudicium pro ratiōe ſit: et (vt idem tradit) non eſt lex loquendi, ſed obſeruatio, vt ipſam analogiam nulla alia res fecerit q3 ꝯſuetudo, hinc vt graphicę dic̄ Georgius valla. In tota grāmatica nullum magis efficax pſcribi pōt pceptū: q3 vt diligēter obſeruet̄, q̄d ꝛ quo mō

locuti ſint clariſſimi/in dicēdo auctoritas,vel etiā qb⁹ eloquē
tie doctrineꝗ aliq̄ tributa eſt auctoritas .Vñ dicendi ꝑcepta/
pariterꝗ loquēdi eliciunt,ꝑterea vt elegāter dic Valeri⁹ ꝓbus,
Si aūt verſū pangis/orōem ſolutā ſtruis/atꝗ ea ꝟba tibi di-
cēda ſunt,nā ſi introies illas ꝑramidas/neꝗ ſentētias grāma
ticas ſpectaueris,ſed aurē tuā interroga,h̄ eſt euphoniā.Nec be
ne dicit;volum⁹ ire cū cruce vel crucib⁹,teuto,mit dē creutz:ſꝫ
cū reliq̄s:quia/cū cruce vel crucib⁹,valeret cum patibulo.
¶ Cēraſus media correpta/arbor ē ſit nota,teu,kirſbom.iñ Ce-
raſū,vel teſte Seruio/Ceruſiū fructꝰ ei⁹,teuto,kyrſꝫ: indocti
et gotthici dicūt ceraſa.Ceruſa aūt/vl' ſm alios/Ceruſſa ſpu-
ma eſt/q̄ ex ferueſcēte materia plūbi fit:qua mulieres ora depi-
gere ⁊ venuſtare ſolēt;teu.plywciſꝫ.Auſoni⁹:Sandix ⁊ ceruſa
alias ſi'late puellas.Et Hierony.in ep'la ad Marcellā:ille eñ
ſolēt purpuriſſo ⁊ ceruſſa ora depingere:⁊ Plini⁹ ſuo loco p'la.
¶ Capitoſus,vt ſignificet eygenſynnig:ego adhuc apō idone-
os nō multū legi:ſed cerebroſus,vel moroſus/de qua dictione
alias dicem⁹.Sed q̄s repugnet/etiā dicis capitoſus/ſicut cere-
broſus.A capite etiā fit capitat⁹.i.in caput creſcēs.Unde Lu-
cius columella in.xij.Cult⁹ aūt porri capitati aſſidua ſarritio
et ſtercoratio ē.Plinius:Capitato maior eſt ad eadē effect⁹.in-
de etiā fit capitulū.i.paruū caput.Terenti⁹:O lepidū capitu-
lū:hic aūt notabis,parua initia in libris poti⁹,capita,diciꝗ ca
pitula.Et ſic dicit Raphael regi⁹ ſup Quintiliano.Caput di Caput, i. capitel, lib[ri].
cit/in ea ſignificatione qua nōnulli capitulo vtunt nomine in
vſum non ſane a doctis in ea ſignificatiōe recepto.Idē dicit oī
bus leonicen⁹ ſuper oratorem Ciceronis,⁊ quidam alij:vt gel
lius in decimo:quod in capite ſuperiores Critolao ſcriptum
eſſe diximus:idem ſic,capite ſeptimo legis iulię.Et Plinius:
Recitauit capita legum:⁊ Auguſtinus de trinita,de/libro de
cimoctauo,capite,viceſimotertio:ſed in vnam ſeriem conne-
xa ponētes/ſolis capitibus diſtinguenda curauimus.At cum
venia aliorum dico,etiam poſſe capitulum accipi in ea ſignifi-
catione/ſi modo exemplar Ciceronis nō eſt mendoſum:qui di
cit libro primo de legib⁹:nec vero ferent/ſi audierint te primū
capituli optimi ꝑdidiſſe/in quo ſcripſit nihil curare deum:vtit

et Ulpianus. ff. de mili. testa. l. i. ꝛ Modestinus. ff. de excu. ꝛ tē po. l. ſi duas ꝛc. eſt aūt. ꝛ Hierony. i Eſaię explanatiōe: vt non tā cōmentarios q̄ȝ indices caploꝝ nos legere credam⁹: q̄ ꝛ ſępe vtiū et emelius ꝑbus capitulatim ꝓtulit: at capita libenti⁹ dixerim: nā et capitula apud pliniū ea legimus/ quę colūnis addunt: vn̄ in naturalis hyſto. li. xxxvi. habem⁹: ꝓximū colūnis ſpirę ſubditę ꝛ capitula addita.

¶ Celibatus ſ'cat abſtinētiā rei vxorię, vitamq̄ȝ ſine matrimonio: Et celebs is dicit/ qui caret vxore. et ita dicit Auguſtinus noſter in ſua grāmatica, Celebs dicit/ qui non habet vxorē, vel quę non habet maritū: Quintilianus libro primo inſtitutionū, de tribus virtutib⁹ elocutionis, deridet. Modeſtū: qui quia cęlo ſaturn⁹ genitalia abſciderit/ celibes appellatos ait/ q̄ vxore careant: Gabinius ingenioſe ſibi viſus eſt dicere cęlibes dici/ veluti celites: Priſcianus quoq̄ȝ aīt, celebs dicit/ quaſi celeſtium vitam ducens: Hieronymus lib. ij, ca. xlix. cōtra Iouinianum: Celibib⁹ nomen inditū eſſe autumat: quod cęlo digni ſint/ qui coitu careant: et Fulgenti⁹ dicit cęlibatū dici voluerit virginitatis abſtinentiam. Videnturq̄ȝ hi omēs accipere non tam pro vxore carentib⁹, q̄ȝ ꝑ caſtis/ ꝛ omni venere abſtinentib⁹: ſed neſcio/ an ſatis exacte ſatiſq̄ȝ ſignificanter locuti ſint: nāq̄ȝ apud eos qui pariter ꝛ latine loquunt/ cęlibes ꝑ his qui vxore careant: vſurpant, etiā ſi habeāt cōcubinas: Plautus in mercatore: Si quē (inquit) ſeribimus ſeu maritū/ ſeu hercle adeo cęlibē ſcortarier. Suetonius in vita galbe: veꝝ amiſſa vxore lepida/ duobuſq̄ȝ ex ea liberis/ manſit in cęlibatu:

¶ Cōuentus maſ. ge. idem eſt qđ ſynodus, vt alio loco dicem⁹, et auctore Feſto: Conuentus quattuor modis intelligit: vno modo, cum quēlibet hoiem ab aliquo cōuentū dicimus. Altero, cum ſignificat multitudo ex plurib⁹ generib⁹ hoim contracta in vnū locū. Tertio, cū magiſtratib⁹ iudicij cauſa populus congregatur: Quarto: cū aliquem in locū frequentia hoim/ ſupplicationis aut gratulationis cauſa colligitur. Inde ꝯuentus religioſorum ſignificat ꝯgregationē ipſoꝝ: nō aūt domū/ vł habitaculum: Errant igit qui dicūt Ego fui in cōuentu fraꝝ minorū, cū velint intelligere monaſteriū: nō eīm ſignificat domū,

vt iam dixi. Inde etiã venit conuenticulũ, qđ fere ſemꝑ in maꝭ
lũ accipitꝛ/p ꝯgregatione aliquoꝝ hominũ ꝑditoꝝ. Cicero pro
roſcio. Cõuenticula inquit hominũ/quę ciuitates nominarũt.
Et Fędericus in autẽtico/de pace tenẽda. Cõuenticulas quoꝭ
ꝗ in ciuitatibꝰ, ⁊ omnes cõiurationes ⁊c. vbi errauit imꝑator,
cõuenticula eñ, nõ cõuenticulas/dicere debuit: Hieronymus
ſuꝑ Naum. vide hereticoꝝ ꝯuenticula ⁊ captos multos a leoꝭ
ne: Idem Hieronymus ſępe vtitur vocabulo cõciliabulum:
etiã ꝓ cõuenticulo peſſimoꝝ: Idem ſuꝑ Hieremia: diuerſa he
reticoꝝ ⁊ omniũ mendacioꝝ conciliabula demõſtrantꝛ. alio loꝭ
co dicit. ⁊ econtrario hereticorum conciliabula/mortuorum terꝭ
ra eſſe credatur.

❡ Choraules eſt is qui tibijs ad choreas canit. nã aulos grece
eſt tibia latine: vñ apđ nos vſitatũ nomẽ eſt ꝓ latino auledus:
Cicero qui cytharedi eſſe non poſſunt auledi fiunt: Aſcaules
aũt grece latine vtricularꝰ, teu, ſackpfeiffer. aſcaula ſackpfeiff:
Choragus aũt dicitꝛ choreę princeps, ⁊ expenſę ſuppeditator, et
chori magiſter. ſicut cõuiuator dicitꝛ magiſter cõuiuij, ⁊ qui paꝭ
rat cõuiuiũ grece ſymposiarches. Conuiuę vero ⁊ cõuictores
dicuntur inuitati ad conuiuium ⁊c.

❡ Continens fe. gñis/dicitꝛ terra firma. incontinẽti aũt (dicit
Beroaldus) apud iuriſconſultos vſurpatur/ꝓ cõfeſtim/⁊ ſine
cunctatiõe, qđ nõ facile reperias apud Oratores ⁊ hyſtoricos:
nec ego legi/niſi apud Iuſtinũ/q co vtitꝛ ⁊ in primo libro/⁊ ĩ q̇n
to, neſcio an alibi/(vt dicit valla) pñtis tꝑis ꝑticipia/cũ ſubſtãꝭ
tiuãtur/ſolent eſſe ergo neutri. vt accedens, antecedẽs, ꝓſens ⁊c:
quedam tamẽ alterius generis ſunt maſculini, vt oriens, occiꝭ
dens, ꝓfluens/ꝓ flumine, et confluens, quo duo flumina conue
niunt) feminini. ꝯtinens/ꝓ terra que nõ eſt inſula. Cõſonans ꝓ
littera/non vocali: ꝑgnans vero vnde ſit ꝑticipiũ/neſcio, ⁊ ani
mans: nõnunꝗ tamen hoc nomen in neutro genere reperitur,
ſed magis in plurali. Hęc ille: Ego autem dico/animans repeꝭ
ri apud ciceronẽ in fe, et maſcu/genere: in maſculino pluſꝗ ſeꝭ
mel apud Lactantium.

❡ Cõmenſales a parũ eruditis dicũtꝛ: id ẽ in vna mẽſa comeꝭ
dẽtes, quos docti ſodales vel cõmanducones vel conuictores

dicunt:vnde Philelphus in ep̄la ad Joannē quēdā euangelistā:nā ⁊ vicinia tua om̄is/⁊ tui oꝛdinis ſocij:⁊ ſodales itē cōmāducones qꝫ tui/cōſtantiſſima teſtimonia aduerſus te ferāt.Vn̄ et Aug⁹ de paſtoꝛib⁹.Sodales em̄ dicunt̄ tanq̄ꝫ vni⁹ ꝯuiuij: Latinā em̄ linguā ſic dicti ſunt/q̄ſi ſil'edales.eo ꝙ ſimul edāt.

¶ Camiſia barbaꝝ eſt/⁊ vulgare vocabulū.Vn̄ Hieronym⁹ in ep̄la ad Fabiolā:volo ꝑ legētis facilitate abuti ſermone vulgato:ſolent militātes habere veſtes lineas/q̄s camiſias vocāt ſic aptas mēbris ⁊ aſtrictas coꝛpib⁹:vt expediti ſint/vel ad curſum vel ad pꝛęlia/dirigēdo iacula:tenēdo clypeum:enſem librādo/et quocunqꝫ neceſſitas traxerit.

¶ Calculari id ē ratiocinari,vel cōputare,dicit petr⁹ marſus in pꝛimo officioꝝ:eſſe barbaꝝ vocabulū,ad qδ q̄d dicā/nō habeo: ſcio eī ꝙ calculatoꝛ latinū ē et ab idoneis vſurpat̄:Vn̄ Martialis,nec calculatoꝛ nec notari⁹ velox:maioꝛe q̄ſquā circulo coronet̄,ſunt igit̄ calculatoꝛes ⁊ ratiocinatoꝛes:q̄ ⁊ cōputatoꝛes vel ſupputatoꝛes dicunt̄.et rationari eſt cōputare:Et ratiocinarium eſt liber et codex in quo accepti et expenſi rōes deſcribunt̄;

¶ Cancelli nō ſignificat,vt vulgo putat̄,pꝛedigſtůol:ſed cancri,dicebantur ab antiquis/clauſtra et ſepta:nunc diminutiue/Cancelli dicuntur,vulgo getter:fiunt autē lignis intranſuerſū per modica interualla connexis/ad ſimilitudinē rętis:qui frequēter hn̄t̄ in ſacellis et ſanctoꝝ edib⁹.Cācellare autem apud iuriſconſultos,eſt delere,et ex tranſuerſo calamum ducere/ad delendam ſcripturam.

¶ Compilare(teſte Aſconio)eſt ita peruellere/ac furari/vt ne pilos quidem in coꝛpoꝛe relinquant compilatoꝛes.Hinc cōpilare dicitur ſcriptoꝛ/qui aliena furatur/⁊ in vnum quaſi coꝛp⁹ redigit:Vnde Virgilius dictus eſt compilatoꝛ homeri/ab emulis:quoniam verſus homericos ad verbum pene transferabat, et furtim in libꝛum ſuum tranſtulit:noſtri autem compilare,ꝑ componere accipiunt,vt me puero audiueram:Alexander de villa dei fuit compilatoꝛ/quaſi compoſitoꝛ doctrinalis.Expilare/quaſi in eadem ſignificatione crebꝛum eſt apud iuriſconſultos,de expilatione,vel crimine expilatę hereditas ⁊c.

¶ Caſtoꝛ animal ſatis notum,alio nomie fiber;teuto,biber:in

aqua et in terra viuēs, nō dicit̃ a caſtrando/q᷑ ſe caſtret, vt vult
Iſidorus, ſed eſt nomē grecū/qđ latinā etymologiā nō patit̃, vt
dic̄ Seruiꝰ: et ſepe ego in h̄ opuſculo. nec itē/vt doctis pſuaſū
eſt/ſe caſtrat. dicit em̄ pliniꝰ li. xxxij. ca. iij. ſicut et fibris q̊s ca-
ſtores vocāt. et caſtorea teſtes eoꝝ amputare hos ab ipis cū ca
piunt̃/negat ſextiꝰ, diligentiſſimꝰ medicine: q̇nimo paruos eſſe/
ſubſtrictoſq̄ꝫ ꝛ adherētes ſpine/nec adimi ſine vita aīalis poſſe,
Idē refert albertꝰ magnus recētiū phoꝝ pīceps. Et idē li. viij.
ca. 30. cū de fibris loqueret̃, dicit inter cetera, Cauda piſciū ijs
cetera ſpecies lutre, vtrūq̄ꝫ aquaticū, vtriq̄ꝫ mollior pluma pilꝰ.
hic nota lutrā dici teutonice. otter,

❡ Doleator et dolearius, quere in dictiōe victor de v.

❡ Diſcretus non ſignificat, vulgo beſcheiden, ſed modeſtus,
et modeſtia quā vos dicit̃ diſcretiōez. Et ita dic̄ cicero pᷣio offi
ciōꝝ ipmq̄ꝫ genꝰ locādi/nō pfuſum nec in modeſtū, ſed ingenuū
ac facetū eſſe debet. Diſcretus em̄ nihil aliud eſt/quā̄ꝫ diuiſus.
vnde Tertulianus ca. xxxix. loquens de chriſtianis. itaq̄ꝫ qui
animo aīāq̄ꝫ miſcent̃, nihil de rei cōmunicatione dubitamus,
oīa indiſcreta ſunt apud nos, p̄ter vxores: Auſonius. diuidat
hec ſiquis faciunt diſcreta venenum: Et Hermogenes iuriſ-
conſultus: Ex hoc iure gentium introducta ſunt bella diſcre-
te gentes. i. diuiſe: Quītus curtius, in nono: A ceteris diſcre-
tos milites elephantis in conſpectu totius exercitus obijcit:
Et plinius libro. xxix. in prologo, et oēs eas damnauit erophi-
lus in muſicos pedes venarum pulſu diſcreto per etatum gra
dus: diſcreta ꝛ inde hec ſecta. De quibus rebus plura leges cō
tra pontium/de ſtatibus hominū. Et vulgo dicimus diſcreti-
onē habere cū debeamus dicere habere rationē vel ſapere ꝛc̄. vl'
habere modeſtiam: nō tn̄ me fugit tempantiam/cui etiā ꝯtrari
am facit eſſe luxuriam: a cicerone modo modeſtiā mō modera-
tionem vocari.

❡ Definire ē(vt ita loq̄r) ꝺterminare eē q̄ſi finē dare: ſꝫ diffinire ē/
h̄ ab illo/q̄ſi diſparciēdo diſtinguere. Vn̄ diffinitō vocata ē/nō
vt multo ꝑ vſus hꝫ, definitio: q̄ i diſputatōe vti ſolēꝰ, vt ſit orō
eē rei demōſtrās: definitū credo debere eē, ꝺ ſōno ſcipiōis cū di
cit Cicero/ſic habeto, oībꝰ q̇ patriā ꝯſernauerit/adiuuerit/auxe